Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 203

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 2.

Chartac. Fol. Saec. 15.

Cod: CCIII.

2
4. 5.

1.

Nic: Dinckelspühel Sermones de tempore.

1a – 242b

Nicolai Dinckelspühel Sermones de tempore, a dominica prima adventus usque ad ultimam post pentecosten. Primus est: "Benedictus qui venit &c: Evangelium quod hodie legitur secundum breviarium pataviense." Extant quoque in Codice XCVI. num: 1. Post sermonem in ascensione Domini leguntur haec: "Et est finis primae partis videlicet yemalis egregii domini doctoris Magistri Nicolai de dinkchelpuehl per iohannem hofmulner de weytra in Wien sub anno domini 1438 scripte." Finito autem ultimo sermone post pentecosten idem addidit: "Expliciunt Sermones M: N: de dinkchelspuehl scripti per propriam manus Johannis hofmulner de Weytra." Unde in hoc codice utraque pars sermonum tam hyemalis, quam aestivalis continetur.

2

Urbani de Mellico tract: de dubiis in missa occurrentibus.

243a – 250b

Urbani de Mellico tractatus de dubiis in missa occurrentibus. Rubrica praemittitur: "Aliqui casus in missa accidere potentes recollecti per egregium virum Magistrum urbanum de melito. Initium est: "Quia sunt aliqui casus qui occurrunt in missa sacerdotibus Ideo ut de hiis videatur queritur." Hujus tractatus quantum scio nemo eruditorum inter opera Urbani de Mellico meminit. De authore diximus in Cod: XXXV. n: 2.

3

Joañis Gews Sermones octo. 251a – 274b

Joannis Gews Sermones octo. Rubro praefi-„xum est nomen authoris Geyss. Primus in-„cipit: "Erunt signa in sole &c. Karissimi „postquam ut confido!" De authore dic-„tum est in Cod: CLXXXI. n: 2.

Cod: CCIV.

Chartac: Fol: Saec: 15.

2 4.6.

Thomae de Haselbach Sermones de Sanctis.

Thomae de Haselbach Sermones /: seu ut in codice dicuntur:/ Collationes de festis Sancto-„rum, et B: V: M:; a festo nativit: S: Joañis „usque ad festum S: Catharinae. Primus incipit: "Audite insule &c Scitis hodie quia festivita-„tem colimus!" Vix non de unoquoque duplex est sermo, et quod miror: longe alia est col-„lectio sermonum ab illa, quae exstat in Codice CLXXXV. n: 2. Id tamen non obstat, quo minus ejusdem authoris esse dicantur, licet apud eruditos nulla fiat mentio duplicis collectionis; nam qua in fine codicis nostri /a capite ad calcem eleganter scripti:/ leguntur, omne de authore dubium eximunt. Nam finito de dedicatione templi sermone rubrica est:

"Epygrama Thome de haselbach.

Thomae de Haselbach Epigrama. f. 292r

Gloria Sanctorum merces spectata piorum
Scandere me fecit hoc opus eximium /
Vita beata necem quibus intulit atra potestas
Tyranis hominum Sic populus domini

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 203

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27539

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)